



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. Quomodo formandus sit Libellus, sive quæ in eo contineri debeant?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

cus libellus, hujus tamen copia saltem communicari debet etiam à iudice parti adversæ, ob rationes sæpius jam allatas.

Est autem libellus duplex, Conventionalis seu postulationis, qui in causis civilibus offertur, quâ rem nobis debitam petimus; & querimonialis seu acculationis, qui in causis criminalibus portigitur. Et quamvis olim in causis civilibus de jure civili antiquo necessarius non fuerit libellus, & hodie etiam in multis locis consuetudo obtineat, ut in scripto libellus necessarius non sit, vivâ voce suas petitiones proferentibus coram Notario, Actore & Reo, de scripto tamen jure hodierno ad substantiam processûs judicialis ordinati requiritur libelli oblatio, uti colligitur ex *tit. c. I. h. t.*

§. II.

Quomodo formandus sit Libellus, sive qua in eo contineri debeant?

Rectissime formabitur Libellus conventionalis, si sit quasi syllogismus aliquis practicus & judicialis, qui tres partes contineat, medium scilicet sive causam petendi, locò majoris; narrationem facti, locò minoris, & deductam exinde petitionem, seu conclusionem, ex utraque priori propositione desumptam. Sicuti autem causa sive medium concludendi duplex est, remotum, sive titulus, ex quo res aliqua debetur v. g. & proximum, quod est jus v. g. competens, & obligatio alterius &c. ita in quolibet libello exprimenda est causa petendi, proxima sive remota: & in actione quidem reali, quando agitur ad rem aliquam, sive jus aliquod sibi vindicandum,

sufficit exprimere causam proximam, peto v. g. hanc rem (non tantum petendo aliquid in consilio, sed rem determinando, quæ petitur) mihi adjudicari, quia Dominus illius sum, ita ut de titulo, ratione cujus dominus hujus rei habeo, quæ causa remota dicitur, nihil necesse sit mentionem facere, nisi jus commune resistat Actori, in actione verò personali explicanda est causa remota, sive titulus, vi cujus rem quam peto, mihi debetur. *Dilectus* h. Peto hunc fundum v. g. mihi adjudicari, quia legitime emi eum &c. ex his rem expressis satis colligitur, non tantum, quod fundamento petam aliquid, sed satis apparet etiam, quæ actio intenteur. In libello tamen criminali non requiritur conclusio seu petitio, sed sufficit facti narratio, ut crimen homicidii v. g. noscatur, adjunctis circumstantiis petitiæ, loci temporis. &c. neque etiam in his criminalibus criminaliter actis petit aliquid dari sibi petit, sed de poena à jure statuta iudex concludere debet ex officio.

§. III.

De mutatione, & emendatione Libelli, ejusque effectu.

Discrimen est inter rem mutari, & rem emendari libellum. Mutari libellus dicitur, cum actio proposita vel causa petendi in eo expressa mutatur, & alia proponitur. Emendari dicitur, quando vitium aliquod ad substantiam Libelli nihil pertinens vel obscuritas aliqua tollitur, aut additur aliquid, immutata libelli substantiâ.

Mutare libellum Actor licetè potest antelitis contestationem, tam in Civilibus quam